Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26464
Copyright: Admont, Benediktinerstift

re & indigne ferentes quod de redemptoris nostri
uirtutibus audiebant. ac sua nolentes de
struere templa. adprehensum beatum apostolum
eruunt oculis circumdatum catenis in carcere
detruserunt. ut in positus paucis diebus inter
ficeretur. Uenit autem angelus domini ad andream
apostolum dicens. Surge & uade ad mirmido
nam ciuitatem. & erue fratrem tuum matheum
de sualore carceris quo tenetur. Cui ille ait.
domine. ecce uiam nescio. & quo ibo. Et ille.
Uade inquit ad litus maris. & inuenies ibi
nauem. in qua statim ascende. ego enim ero dux
itineris tui. Fecit andreas iuxta uerbum domini.
& inuenit in litore nauem. ascendensque
in eam. flantibus uentis egregius prospere naui
gauit ad urbem. Ingressusque portam ciuita
tis. uenit ad carcerem. Uidens autem mathe
um apostolum in sualore carceris cum aliis uinc
tis residentem. amarissime fleuit. Et fac
ta oratione simul. ait andreas. Domine ihesu
christe quem fidelium predicamus obeuntis nom